



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CXVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

REGVLA CXIII.

CONDITIO, quæ solet dici perplexitas, vitiat institutionem. Hanc regulam probat tex. in l. si Titius. ff. de conditio. institut. vbi ponitur exemplum.

2 Limita primo, quando perplexitas immediate non insurgit ex verbis testatoris, sed habito respectu ad aliud, scilicet ad patrimonium eius. nam tunc non vitiat, sed dissoluitur talia perplexitas, potius melius fieri poterit, considerata voluntate testatoris. Vt patet exemplum in l. qui quadringenta. ff. ad l. falcid.

3 Limita secundo, quando perplexitas provenit ex verbis testatoris: secus si contingit inter eos, quarum vna est digna maiori favore, & in illa valet dispositio. Vt in l. seruam communem habemus, in §. Titus heres esto cum ibi nota. ff. de vulg. & pupil.

4 Limita tertio, quando versatur inter res dignas pari favore, si talis perplexitas potest dissolui per implementum facti tendens ad eum modum implentis, tunc non vitiat: sed potius per tale implementum dissoluitur. Vt in l. si quis ira. ff. de condit. institut. facit quod notat gloss. & Bart. in d. l. si Titius.

REGVLA CXV.

CONDITIO impossibilis affirmatiua, in contractu adiecta, vitiat omnem contractum. l. impossibilis. ff. de verb. oblig.

Hanc regulam amplia tripliciter, & limita 19. modis, vt per Vdalricum in d. l. impossibilis, a nu. 4. vsque ad nu. 16.

REGVLA CXVI.

CONDEMNATUS ad soluendum non euitat executionem, dato quod velit fideiubere, vel pignora dare. Vt probat text. in l. si se non obrulit. in §. ait prætor. ff. de re iudic.

Hanc regulam amplia duobus modis, & limita aliis duobus modis, vt per Franc. de Ripa in d. §. ait prætor, nu. 4.

REGVLA CXVII.

CONFESSIO facta in iudicio præiudicat. Vt in c. fin. & in c. vestra. vbi gl. de cohabita. cleri. & mulier. & in c. cum olim. in si. de ver. signifi. & in c. fina. de resti. spol. & in c. i. de accusatio. lib. vi. cum alijs. De iure regio tex. in l. iij. ritu. xij. par. iij.

Hanc regulam amplia vno modo, & limita decem modis, vt per Philippum Decium, in cap. at si clerici, num. 17. vsque ad numer. 44. de iudicijs.

REGV.